

AD LECTOREM.

*Quid non promptam suam manus labore,  
Vel virtute suam domat voluntas?  
Quid non ingenii vigore tandem  
Mens, aut assiduo facessit usu?  
Si spectes animum (benigne Lector)  
WECKERI pietas, amor, fidesque,  
Ut cursus Medica juvetur artis,  
Spectantur variopolita cultus.  
Sin mens ipsa suum velit decorem,  
Et quascumque fovet referre dotes:  
WECKERUM Medicos videbis inter  
Effulgere graves et eruditos:  
Doctas ingenio manus, et usu,  
Virtuti famulas, et obsequentes,  
Si spectare libet: Reguntur arte  
Et nullos fugiunt manus labores.  
Cum sit mentis Honos: manusque merces,  
Et virtutis amor: videntur esse  
WECKERO stabili probata jure,  
Laus, merces, et amor remuneranda.*

NIC. TAURELLUS, M. D.

AUTHO.